diuis cōsecrato religioneve expromi solitum, sacras quoque ceremonias adscitas oportere ad hāc ipsam animae subuentionem. Ne deorsum] Præcipitū vocabulo cognominat lapsū in corruptionem, vitium, & calamitates: ut terram quoque vocat terreum mortaleque corpus. alioquin & terræ cognomento, naturam interituram: ignis vero, diuinam celestemve, isthac ipsa oracula fere intelligunt. At vero locum septem meatibus prædictum appellant fatum e septem erronibus coagmentatum: sub quo necessitas, premens quidem illa neque non inuariabilis quoque siūm nacta sit. Quare monet oraculum ut ne deorsum, id est in corpus morticinum caducumque, propensiū incumbas: ut quod fato illi e septem erraticis apto consertoque, ut pleraque certe omnia, obnoxii succumbereque adeo comparatum, ijs adscribi commode posse, quæ nostro ipsa arbitratui subducta sunt. & certe infortunatiſimus haberi merito quidem tuo possis, si cum eo totus spectaueris, voto fruisci non contingat: præque vi magna necessitatis, cui temetipsum cōstrinxisti, res tibi tuæ peius idem idem minimeque votis consentanee vertant. Tuum vas] Vas animæ tuae, nimirum caducum hoc corpus vermes iuxta feræg̃ sunt habitatæ. Ne fatum auxeris] Ne coneris augere fatum tuum, id est, auctius ampliusve reddere, quam quantum tibi constitutum est & præscriptum. nec enim illa unquam cura eualuerit id ut effectum exhibeas. Neque enim a paterno principio] Nam nec a patris primordijs supremi utique dei mācum quicquam inchoatumve proficiuntur, te scilicet ipsum ut possis absoluere. Nam illinc omnia suis affabre numeris expleta indicio eo manare conspectissimum est, quod ad exquisitissimam illam visendamque cum primis uaineri naturam enixe tendunt.

tendunt. At vero non admittit.] Mens patris, alter
vitque Deus animaque item perpetuus opifex, haudqua-
quam adnuit huius votis, vsque dum excusserit obliuionem,
quam merito nexus corporis contraxit, verbaque itidem
ediderit conceperitque, memoriam testantia sacrosanctæ
patris tesserae, hoc est, preceptionis elegantiſimæ cuisque
rei accurato studio consecranda, qua idem itidem retractā-
da anima fictori suo semeſipsam approbet. Adſpiran-
dum tibi properandumque est.] Lumen splendorque
patris locus is est animæ, qui collustratus circumfususque
splendore habetur, unde anima plurima quidem illa men-
te succincta, huc demissa sit, ita vero consentaneum ratio-
ni fuerit, ad idem ut lumen denuo nitatur atque prope-
ret. Hos autem terra deplorat.] Qui ad illud ipsum
lumen, unde anima ipsis corruata est, nō omni opere con-
tendere meditantur, hos terra, id est natura interitui ob-
noxia deplorat, in hoc natos, hanc ut illustrarent & exco-
lerent. Iam vero qui non solum nihil huic ornamenti con-
ciliarunt, sed sibi quoque ipsis notam conscinerunt vitæ
per nequitiam transactæ, horum improbitas ad posteros
transfunditur, calamitoso ipsis vitæ genere olim distin-
gēdos. Expulsores animæ] Appositæ rationes animæ
a flagitijs afferenda, sunt εὐλύτοι, hoc est, subrepente inte-
rim obliuione, obliteratu ſolutuque faciles. Læuo in
latere cubilis.] In latere ſinistri tui cubilis fons virtutis
ſcaturigoque habetur, id est, potentia intus quidē illa con-
dita, cuique nunquam germana ſua integritas, id est, na-
tura omnis affectionis exors, eripi poſſit. nā & immotam
nullaque ratione excutiendam virtutis potentiam fortifi-
ſumus, quamquam viſus actionum virtutis definere poſt
& interruſi. Porro potentia ſinistro lateri adſcripta eſt,

quod functiones dextro contribuuntur. cubile autem anima nostra, locus is esse statuitur, qui affectionib. ipsius eximis prestatib. substratus est. Anima hominum] anima humana deū ad se quadam tenuis ἄγξ, hoc est arctissime sibi denictura implicituraq; est, sui videlicet assidū vindicē & assertorē. Sed et eiusmodi quoq; esse intelligitur, quae merito quidē exquisit. & cū deo similitudinis nihil (duntaxat ex sese) agnoscat, quod exolescere tandem labefactariq; posīt, ut quae diuinis ebria sit, hoc est, diuinis cælestibusq; bonis cumulatisime prædicta: quin & adeo nō pudore suffunditur, quod huic corpusculo innixa conglutinataq; est, vt in ea etiā harmonia, quæ corpori vigorē influat, impensis nescio quo pacto insolentiusq; glorietur, & vero magnifice de se sentiat: cuius auspīcīs una cū mortalibus immortalia vinciantur, ita quidē, vt totū ad concinnā quandā scitāq; coherentia adstringatur. Quonia] Potentiā patris intelligētiā cōpotem, ipsum alterū scilicet deū isthac oracula longe omnīū principē cognominant, nimirū a supremo deo proficiscentem, hac porro parte mone mur, illa ipsa patris potentia animā procreatā, eademque ignem esse lucidissimum, hoc est, diuinā quandā essētiam, intelligendiq; facultate donata: ac proinde ipsam exortem interitus permanere, quod substantiā nacta sit diuinatis participē: & præterea sua ipsius vita eandē esse dominam, quā obtineat haudquaquam illa aui diurnitate consummāda, quandoquidē que eripi nobis extorqueriq; posūt, horū domini merito certe fieri nequit vt existemur: etiā si fortasse euenire queat, si quae indidē cōmoditas emanet, hāc vt demetere interea possimus & percipere: At quae decadere nobis amittiq; nequeūt, ea vero iuris quoq; nostrī dominijque fuerint: in uniuersum, anima supplemēta orbis compluria

bis compluria possidet, merito quidem sue ipsius aeternitatis, id est, varia plusculaque in orbe loca, ad quae identidem reuolet expensis ad aequilibrium, pensatisque actionibus, quas dum vita suppeditanuit, absoluere. Quare paradiso] Id est, locum animæ splendore quoquonversus obseptum. Ne spures spiritum] Pythagoram Platonemque sequuti, animam ut non undecunque a corpore diremptam haberi, ita nec prorsum inseparabilem substantiam, in hac sunt opinione, ut prædicens, posse vero parte sejungi absoluique, parte non posse: potentia certe posse, re non item. Quin igit̄ tria fere summa formarum genera constituunt: unum, quod penitus a materia secernatur, cuiusmodi videlicet mentes illæ, quibus suis supra cælum situs assignatus est: alterum, quod a materia exoluī abiungique non queat: cui quidem ipsi substantia sciscatur, haudquaquam per se subsistens, sed addicta conexaq; materiæ: cū qua & ipsa solubili scilicet, internitioniq; obstricta, hocce genus animæ pariter emoriatur: atq; hoc genus omne animæ rationis expers esse: Inter ista, median locant anima ratione præditā, a metibus quidem ijs quæ supra cælum collocatae sunt, eo interstitio diuersam, quod perpetuo implicata materiæ agglutinataque visitur: ab irrationabili porro, quod hæc neiriquam ipsa materiæ coiungitur, quin vice versa, materia illi ipsi habetur adiuncta, per se ipsa potentia quidē certe subsistens, siueque imparsitilis, itidē ut mentes illæ supracælestes, quibus etiānum ipsis cōfines quadamtenus, germanæq; functiones reddantur, sed & eadē quoque, quæ rerū notitiae cōmentationiæ proxima sit, ad summū usque dēn peruadit, atq; eo quidē nomine incorruptilis habetur, & anima autem, que huiuscmodi esse intelligatur, cum corpore ethereo ceu vehiculo, perpetuo versari: quod illa attactu cōtinuo, ad consortium quoq; immortalitatis adsciscat, in anime quidē omnino suapte natura, sed ab anima tamē irrationabili sequioreq; animæ genere donatū: quod ipsum, quin sapientibus viris idolum

ij

anima nūc upetur, imaginādī p̄aditū & sensu, videat sentiat, demūq; nullo nō sensu vigeat, pr̄eterq; ceteris alijs brutis anima facultatibus: ita per potissimā hoc genus corporis vim, quam φαρ-
ταῖς vocent, animā rationalē cum toto hoc corpore iugiter as-
idueq; versari. Ceterum animam humanā viuifico partus spiritui
copulari, per corpus huiuscemodi merito cognitionis cuius dā im-
plicitū: alioqui quod spiritus quoque quidā sit: porro autē dæmo-
nias animas ut nō ita lato discerniculo ab humanis euariet, no-
biliores tamē, tū ipsas esse, tū nobiliorib. quoq; vehiculū fruisci.
Ad hoc misceri nullo pacto posse corruptibili nature, iam vero sy-
derū animas, ipsis quoq; dæmonijs longe p̄estantiores, p̄estantio-
ribus etiā vii vectabulis, quae corpora sint amplitudine facultatis
actiua collucētia. Quas de anima sententias retro quoque Zoroa-
strici Magi videntur expressisse. Commonet igitur oraculum, ne
rem planam adaugeas, id est, ne denses: (nam epipedon dicitur,
non quia triplici mensu non constet, vt quod corpus esse sit explo-
ratissimum, sed vt summa eius subtilitas exilitasve demonstretur)
incremento additamentoque subinde huic moli adijcendo.
crassescere quippe spiritum istiusmodi, si ad mortale corpus pro-
nius deuergat. Est & idolo] Idolum anima nominat partem
eam, que cū rationis expers sit, parti rationis capaci adhærescat.
refert autem ei idolo locum quoq; esse in loco illo vsquequaq; splē-
dido: neque enim unquam animam amittere a se addictum sibi
condictumq; vehiculum. Sed nec materiale corpus] Ani-
mæ quisquilias, reiectamentave nominat, corpus caducum occi-
duūque: commonet q̄ itidē, ne ipsum illud neglectim & segniter ac-
curemus, parum commode salubriterque constitutum: sed curam
huic mediocrem impensam oportere, ab eo certe, qui pensum eti-
am durn vita exigat, quo nimirum firma ipsi valetudo &
integra conservetur, duntaxat quanta maxima cura diligentiaque
p̄estari possit, superque cetera omnia dignitati anima suffra-
gentur

gentur & quadrant. Ne exegeris] Ne exegeris animam à corpore, videlicet intercidere fatis cereque natura comparato, uti ne quid cum migrarit, ipsi periculi creetur. Certe quidem illud ipsum aliud nihil merito esse censes, quam semetipsum humanus rebus exigere prater natura prescripta. Si mentem igneam] Si mentem igneam ad religionis munia erexeris, caducum istud atque dissipabile corpus, innoxium prestiteris & incolume. E finibus terræ] Est, nec raro, quum inter sacrificandum φαντάσματα, hoc est, visa, spectra que nescio quæ, canū expressa similitudine, specieque itidem alia prodigiose fœda comparant. hoc genus omnia monētur e terræ finibus profilire: id quod affolet, quum terrenum istud corpus iuxta atque abolitioni obnoxium, neque non affectus ipsi congeniti haud dum penitus ratios magisterio compositi sunt & digesti: quorum quidem simulachra visitentur, inania quidem illa, nullaque naturæ solidam subsistentiam preferentia. Natura suaserit] Natura, hoc est, naturalis ratio peruerterit, genios, quos demonas cognominent, integros esse maximoque opere incorruptos, & adeo omnia quæcunque a deo optimo quidem ipso ex se profiscuntur. Sed enim ipsa quoque infælicis præualeque materia germina illiusmodi appositissime censeri queant, quæ inter ea quæ proba frugique sunt, recenscantur. alioquin materiam vilem despiciatamque vocant, non substantia adeo, nam qui tandem fieri possit, cuius germina proba laudataque sint, ipsum ut vitiosum esse substantia (dunt taxat accommodate) dictitetur? atenim eo nomine improbam materiam appellant, quod nouissima inter substantias corrogatur, parcissimeque omnium rationem boni cooptat: sed ita tamē, ut minutissimam quamque materiae particulam, vitiosam intellegas: alioquin, inquit oraculum, cum vitiosa etiamnum materia, hoc est, substantia despiciatissimæ germina proba sint, certe summa ratio est, quamobrem huiusmodi esse demones itidem

ij ij

credantur: & quidem tanto locupletius impensisque, qui tū natura sini rationis partice p̄editi, tum naturae omni corruptioni obnoxie impermixti. Pœnæ] Pœna, siue furie, hoc est, demones cruciatibus irrogandis p̄fecti, d̄yptipū mortalium cognominari possint: quippe quos a vitijs deterritos, ad honesti rectiq; cupidinem accendant. Primas in te vendicet] In te altitudo profunditasve animæ imperiter, ac oculos pariter uniuersos, id est, vireis cognitiuas sursum versum erige. O naturæ homo] Hominem p̄sidentis naturæ machinamentum coagmentumve nominat, quod arduis semetipsum rebus concredit. Quod si mihi saepiuscule] Si saepicule mibi dixeris, hoc est, me vocaueris, dicatum, me videlicet quem vocasti, undiqueaque conspexeris: quippe aliud nihil quicquam tum tibi temporis cernetur, quam fulmina, hoc est, ignis, huc illuc in orbe subsiliens. Ne naturæ imaginem nuncupaueris] Ne gestieris cernere imaginem nature, Dei videlicet exemplar ex se se quidem ipsum perspicuum & visile, sed quod sub conspectum humanum situm non sit. Nam quæ sacris operantibus visitantur, ut ignis, fulmina, aut siquid aliud est huiusc generis, ea tute credideris esse symbola, non item dei naturæ. Undiqueq; nesciæ dolii animæ] Ignis, qui tibi inter sacrificiādum visitatur, habens unde cunque in te extēdit, in anima & πλάκω, hoc est, minime varia versatilive mente, atque a vicio quā maxime aliena expurgataque. Cū spectaris] Simul conspexeris sacrosanctum ignē, effigiationisquē expertem & formæ: præterque quoquonversus per mundū iuxta saltuatumq; & desultorie splendescēt, gratias age, simulq; hilariter & alacriter ignis vocē audi, quæ verissimā quandā fixissimāque prænotioē præseferat. Symbola mens paterna] Mens paterna, id est, anime ingis opifex, notas, id est formarum intelligibilium imagines, anime inseuit: quibus illa freta, rerum essentias sibi rationesve conciliet. Certo scito intelligibile] Existimato res intellectiles

reflectiles extra mentem tuam actu esse. quanquam enim ab opifice imagines tibi rerū intelligibiliū sunt inditae, id tamen ipsum potentia certe duntaxat factum. Quo fit, ut actu quoque rerum intellectualium ascenda tibi notitia sit animoque cōfectanda. Est intelligibile] Id est, supremus deus, qui unus eximius sit, & antiquissimus habendus, haudquaquam eodem atque alia pāto cōcīpit, verū mentis flore, id est, singulari potissimaq; mētis parte. Omnia ab uno igne] Omnia ab uno igne promanarunt. Quippe cum omnia] Pater oīa absoluit, intelligibiles videlicet formas: ut quæ probe expletæ, suisque numeris absoluūtæ sint, alteriq; a se deo regunda tradidit, unde fiat, ut si quid ab hoc deductum sit, & ad ipsius alijsve substantiæ intelligibilis exemplar effictum: id a summo illo deo ortum credatur & profectum. quem & ipsum primum haberi gentes statuunt, quæcūque assiduum mundi architectam, quoque nō alijs superior sit, esse rentur. Quæ a patre mentes] Iuſſæ, intelligibiles formas appellat, que tum a patre concipiuntur, tum & ipſæ concipiunt: adque concipiendi commentandive munia obeunda extimulent, consilijs & φέργοις, id est immotis. & hoc alioqui loco motum intelligendi, non transgressionem aut cursum, sed ad intellectuā relationem habitumve hoc oraculi accipit. Quare tò & φέργοις intellexeris pro eo quod est immotis. hoc sensu, h.e species immota minimeque, ut anima, vagum ad intelligibilia resonum obtinent. Rectores intellectualeis] Ea quæ in hoc orbe ab immortalibus deducta sunt, mundi rectores intelligentie compotes vocat, quorum principem constituat alterum a patre deum. Alioquin quum aiat hoc oraculum, rectores esse mundo inflexibleis, dubium non videtur, quin eo spectet, ut ipsi immortalitatem asserat. Ipsum sese pater rapuit.] Semeti-
psum pater a reliquis abiunctum haberi voluit & exemptilem, adeo ut ne in intellectuā quidem facultate altero a se deo ignem
ij ij

suum, hoc est, diuinitatem inclusit finiteritve. Huius autem porro diuinitas a ceteris ipsa rebus exempta est: videlicet quonia illa idem & ortus immunis est, & per se ipse extat: alioqui nec possit contingere, hic ut cuiquam adsciscatur, licet in eo quod a ceteris omnibus contribuitur, multo ipse lubentissime acquiescat. nec tamen, quod inuidet, se admittendum non exhibet, verum eo certe nomine, quod adeo non illud ipsum fieri possit, ut in antiphasin, hoc est, contradictionem commeat. Pater non metum] Cum enim eximia quadam insignique prorsus bonitate preditus sit, cum eo quod omnibus quoque bonorum est autor, nemini utiq^z periculum accerserit, unde horrendus esse possit.

Placita hæc Zoroastrica cum frequentes oppidoque clari viri confirmarunt, tum vel maxime Pythagoræ iuxta Platonisq^z consectorum. Quibus & istud inter ea quæ Zoroastro prodita sunt (utiques Plutarcho subscribimus) admissum sit & approbatum. Nempe quod tribus res partibus designauerit. Altera Horomazzen, quem hoc genus oracula primi dei cognomento vocitent. Altera Arimanen, parte nimirum postrema, ut media Mithran. Qui deus alter oraculis hisce dictitur. Alioquin & in Mithrae vocabulo Persæ solem intelligent. Sub hæc Horomazzen triplicem se constituisse: duplicem autem Mithran, videlicet qui alter ab Horomazze sit. Quibus & Platonica quoque illa prorsus accesserint, in omnibus regem totum esse, cuius & ipsius gratia omnia sint. Quin eundem omnium bonorum causam haberi primordiale: demumque secundum in secundis, tertium in tertij consistere. Iam rerum vniuersitatem Zoroaster Platoque tribus partibus absoluunt, una sexpiterna: altera genita, & nihil secius tamen immortali: tertia, ad obitum corruptelamque tendente. Et Zoroastrem quidem eousque vetustum Plutarchus affirmat, ut annis quingentis bello Troiano priorem fuisse testatum scriptumque memoria reliquerit.

NOTÆ

NOTÆ QVÆDAM.

Cicero lib. 1. de diuinatione scribit, neminem Persarum regem esse potuisse, qui nō ante magorū disciplinam scientiamque percepisset. tanto in honore & admiratione habebatur præcepta magica. Quid autem veterum magia & qui magi fuerint , e Platone, Xenophonte, Strabone, Plutarcho, Luciano, Cicerone & alijs infinitis cuique repetere licet. Ut breuiter dicam, theologiam simul cum physiologia tractabant apud Persas, Sacas, & Medos; quemadmodum Brachmanes & Gymnosophistæ apud Indos, Chaldaei apud Assyrios, Ἱερογεμματις apud Ægyptios, Leuita apud Iudeos, Eteobutadæ apud Athenienses, Etrusci apud Romanos, Druides apud Gallos & Germanos. Ne quis igitur hic artis portentosæ & præstigiatorix præcepta tradi putet. Dogmata sunt de pietate & cultu divino seceriora siue Magorum, siue Ægyptiorum, siue Chaldaeorum, a fide orthodoxa non admodum aliena, vti Psellus docet, & ante hunc Synesius episcopus Cyrenensis. E cuius libro τὰ ἀντίκεια patetvix reliquias aliquas e sacris illis oraculis ad nos peruenisse, easdemque adeo mutilas & confusas, vt centonem merito dicere possis e veterum scriptis consutum. Quæ enim ille carmina refert, partim multum dissimilia sunt, partim in hisce non reperiuntur. Ea, ne quid iure desiderare posse, lector, breuiter indicanda censi.

In his nostris non extant quæ libello citato pag. 102. leguntur: Ei δὲ περὶ μέχρι μὲν οἰσταὶ τῶν ἀγρογεῶν, φαντασίᾳ δὲ απτεῖ, μὴ τοι οὐτε τὸ πότε πορεύεσθαι τῶν εὐδαιμονα συναφρίων, αἴνουστά τοι οἱ ἱεραὶ λογίαι ἢ λέγει τοι οὐδέ φόρων ὁδῶν. μετὰ δὲ τὸ ὄλον κατέλογον τοῦ οἰκοῦ τοις σιναγογεῖς ἀφορμήν, καθ' ὃν ἔξει τὸ ἐνδόθιν στοῦμα αντέησα.

Τοῖς δὲ (Φιονί) μιθακτὸν ἐδιηκε Φάροις γυνώρισμα λαζέας.
Τοῖς δὲ τῷ ὑπνώσας ἐν τοις σινεκάρπισεν δῆκης.

Ιερεῖς, αὐτοὶ διέσφεντεν εὐμοίσιαν μαθήσων. οἱ μὲν ὑπαρ, φιονί, οἱ δὲ ὄντας διδάσκεται. αὐτὸν δὲ αὐθρωπός θεῖν οἱ διδάσκοντες, τοὺς ὑπνώσαντα δὲ θεοὺς ήτοι σινεκάρπισεν δῆκης, αὐτὶς αὐτὸν τῇ πατριθάνεντες καὶ πυγμανίζειν. τὸ γένος ἐγκαρπί-

σαὶ καὶ πλέον ὅτι τὸ διδάζει. id est, si quis vero magni momenti esse arbitretur evectionem ad superiora, imaginationi autem fidem non habeat, dubitans num per ipsius consortium beatam illam coniunctionem assēqui liceat: is audiat sacra oracula quæ de diuersis r̄ys proferunt. Evidem post totam enumerationem domesticorum subfidiorum ad sublimiore meditationem, per quam facultas datur sēmen interius amplificandi, His quidem (inquit) luminis cognitione in doctrina acquisitam dedit, Alios vero etiam dormientes sēminum virtutis sūcē participes fecit. Vides ut ex aduerso distinxerunt disciplinarum felicitatem, Hic quidem inter vigilandum (aut) ille vero inter dormiendum eruditur. At qui vigilantem homo est qui docet: dormienti vero deus sūcē virtutis semina infundit: ita ut id est discere & consequi, nam semina indere & quasi implantare plus est quam docere. Vnde manifestum est id quod Nicephorus ad hunc locum annotat, Synesium oracula multa silentio transiisse, nec integra recitasse.

P. 17, s. 67v] Huc respiciunt Synesij verba, eadem pagina, ις Τοῦτο πεπλαιημένον, ὡς μη ὁ θεός οὐδὲ εἰδένει. tantopere aberrantem, ut vnde venerit ignoret.

6. Hinc desumptis Synesius quæ elegantissime scriptis ibidem pag. 109. ὅπ μὲν εἴπερ οὐχις φύοις πόμα μετάσιος, δῆμος εἰπτώ. εἰσελθούσης ἐπί τὸ βίον ψυχὴ λιθεῖον φρέσεται πόμα, τὸ τῆλε νῦν οὐ μειλίχον. Φύσει γὰρ καπνὸς ἐπεισόντων βίον ἐθελοντής, διὸ τὸ θητεῖον σουλεύει. id est, Alius dicat quod si lethæum sive obliuionis poculum illud animabus execubitis dari solitum, animæ certe in hanc vitam ingressæ exhibitum obliuionis poculum nihil aliud est nisi vita huius dulcedo & voluptas. cum enim mercenaria sponte ad hanc vitam descendat, loco operæ mercede locādæ iagum seruiliter sibit.

8. Synesij versus nostris multum sunt dissimiles. sic enim habet ille pag. 108.

Μηδὲ κατω γενόμενος εἰς τὸ μέγαν αὐτὸν κόσμον,
Ω βοῦδε αἰεὶ ἀπτος ὑπέρσωται τὸ καὶ αὖτις
Αμφικινέφης, ρύπων, εἰδωλοχαρης, μύοντος. id est,
Ne deorsum nutes ad mundum atrum & tenebris plenum,
Cui gurges profundus sēper infidus substratus est & orcus
Vndique caliginosus, fōrdidus, spectris gaudens, amens.
Vide integrum locum Synesij. conferet enim ad intelligentiam

tiam

tiam sequentium & præcedentium.

11. Marsilius Ficinus lib. x vi i. de animorum immortalitate cap. vlt. Zoroastri, ut & sequentia plurima, adscribit, & ita interpretatur, *Tuum vas bestiæ terræ habitant.*

12. Idem Marsilius lib. xii i. non longe ab initio, *Ne tu augeas fatum*, inquit, *quasi in tuo arbitrio sit cedere fato atque non cedere.*

V. pæn. Hunc versum & sequentem refert Ficinus lib. x. de immort. animorum, cap. v i i. cum hac interpretatione, *Ascendendum tibi est ad lumen ipsum & patris radios, unde infusa est tibi anima multo mentis lumine circumfusa.*

P. 18, 3. Vetus codex regiæ bibliothecæ habet ἀληθινοῦ στίλῳ accentu tantum mutato, eruditione præstantis viri Sanctandream exemplar ἀληθινοῦ χρόνου, &c. utrumque γενικῶς ah ah, vel heu heu.

6. Reginæ exemplar refert τὸ παράθινον καὶ ταχεῖσσα, cōtra metri regulam: quanquam id nō vbique in hoc fragmento obseruatum sit.

7. Tres hos versus paucis explicat Marsilius lib. xiii. cap. i v. ita scribens: *Qui phantasiam vult silere, ac etiam supremi numinis desiderio flagrans, consuetis rationis naturalis discursibus nō cōfidit, sola vivit mēte, cuadit angelus, & toto capit pectore Deū.* Hæc significat Zoroaster: *Anima hominum deum quodammodo cōtrahit in seipsum, quando nihil retinens mortale, tota diuinis hauisbus inebriatur. Tunc quoque exultat in corporis harmoniam.*

11. Idem libro & capite dictis versus aliquot cōsequentiibus hoc translatos ita ordinat,

Οὐχὶ τῷ διωδειπνῷ ταῦτα φέρετο,
Ηγιεῖσθαι ψυχὴς βαθὺς ἀμέρον, ὄμματα δὲ σφράγεις
Πάντ' ἐπιπέπον οὖν.

Mηδὲ τῆς οὐλῆς σκύλειον κρημνῶν κατελεῖψη. id est, illo interprete, *Quoniam anima per potentiam patris fit ignis splendens, dominetur in te immortalis profunditas animæ, et oculos omnes una tolle in altum. Tunc neque etiam materiale ipsum corpus præcipito derelinques. Ignem appellat lucem ipsam qua exuberat deus per se, & anima per vim patris conuersa in patre abundat. Et quia deus est ipsa unitas super mentem, & centrum essentiarum super es-*

sentiam, ideoque non vnitur illi per mentem propriam, sed per unitatem animae, quae est mentis caput, centrumque totius animae. Idcirco dicit Zoroaster, Ducat te animae profunditas immortalis, id est unitas ipsa, quam impressit quondam deus animae tanquam unitatis diuinæ characterem, a qua et ad quam omnes aliae vires animae, quasi a centro et ad centrum omnes circuli lineaæ pendent.

12. Marsilius lib. v. de anim. immort. cap. x i v. Immortalis manet, ac vita domina est. q. d. ideo immortalis manet, quia habet vitam pedisquam, sicuti sol lucem, crinita comam. Vide locum. docet enim illic fuse, animam abire adueniente morte, non perdi.

13. Idem lib. iv. cap. vltimo: Oportet profecto animam ipsam esse quodammodo omnia, de qua Zoroaster ait: Mundanorum suorum multas plenitudines comprehendent.

15. Idem lib. x v i i i. de animorum immort. cap. i v. Ne fides spiritum, neque in profundum exaugeas quod est planum. spiritum planum appellat ipsum vehiculum, non quia corpus non sit atque profundum, sed quia propter tenuissimam et splendidam puritatem sit quasi non corpus. Præcipit ergo ne propter nimium corporis elementalis affectum, cogas ipsum etiam post hanc vitam sordidum atque graue superfore caliginis elementalis adiunctione.

17. Idem ibidem: Est idolo quoque locus in regione perspicua. quia scilicet cum vehiculo simul et anima rationali recurret in celum. Sequentem versum coniunxit Ficinus cum superiori illo cuius initium est Οὐ Φυχή, cap. i v. lib. x i i i. Synesius quoque hunc cum præcedente allegat libro de insomniis pag. iii. edit. Turneb. sed ordine inuerso. ηια δη (air) πόστ το μέσω τὸ πεδίον τὸν ἐμπολιτεύεται. ρεψάσθε μὲν κάτω φυχήν ἔλεγμον ὁ λόγος, ὅπερ ἐξαράθη πε καὶ ἔδυ, μέλχεις ἐγμάρητος τῷ μέσαντος οἱ αἱρησεῖς λόγων. αἰνίσηγά τοι καὶ σωτέτεται μελχεις ἀνειστον τὸ αἰνίκαιμενον γῆπ. ἀκούεις δέ τοι τοῦτον τὴν λογίαν λεγόντων.

Οὐ τῷ τῆς ψυχῆς κρημνῶν σκύβαλον κατελεῖψι,

Αλλὰ καὶ εἰδώλῳ μελέτεις τὸ πόστον αἱριφάντα.

Θεσιν ἔχει τοῦτος οἱ αἱρησεῖς. καὶ τοι πά πάλιν τὸν ἐπιτελεῖσθαι; & γέρων εἰς τὰς σφαιράς κατέστην ἕσπειρος τοῦτον πόστον φύσιν, δημάδιον τῆς πυρός οἱ τέλειοι αἱρότοποι εἰς τὸ εἰδωλικὸν φύσιν ἔσπειρος κατέστησαν τὸ γένον αἱρησεωθεις κέλυφος, καὶ τόπον, φύσιν, τὴν κρείπον μείδιον σωτηρίαν πάπει. ὑπεις γέρων σκύβαλον ἐκ αὐτοῦ τὸ Σταύρον στόμα. & καὶ sequuntur.

Quicquid Latinum
seruando continet
non animo, du-
cencia in tene-
rissimum com-
petitum maxime
att. Audi etia h-
abitu materi-
abitu vnde
aliquino. Nam
in enim solu-
taturam, sed
tuturam deces-
sum, et istud
incrementum

19. Exp.

20. Ma-
litate cap.
bile corpus

21.7. P.

Synesii lib.
et calix et
hexam et
ad tollendum
post, moni-
tum et
curiosum
via et
adversum
fusus et
sunt necessaria
tientes, atque
Herculem su-

8. Marti-

10. Iden-
tificium.

12. In ve-
linea pat-

22. Hic e-
stimus est πα-

BLB BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

tur. Quæ sic Latine reddidit Pichonius, Observa igitur in quanto interumlo spiritus hic fantasticus versatur. Declinante quidem deorsum animo, dicebat oratio, quod opprimitur atque subit quoisque incidat in tenebrosum & vnde caliginosum locum. sed ascendente etiam comitur, quoad sequendi facultas sit. Et sequi potest donec in maxime oppositum & omni ex parte fulgentem locum venerit. Audi etiā hac de re vaticinia dicentia: Non in eminenti ac sublimi loco materię purgamentum relinet: sed & simulacro pars est in loco vnde fulcente. Is autē controversiā habet cum vnde caliginoso. Nam quid acutius in his versibus quispiā cernere possit? non enim solum in globos cælestes reducere videtur illinc venientem naturam, sed si quid ex ignis & aeris summitate in imaginariam naturam descendens attraxit, antequam terrenum induerit tegumentum, & istud, aiunt, cum validiori parte transmittit. nam materię excrementum hanc fuerit diuinum corpus.

19. Explicat Plotinus philosophus lib. ix. de anim. educt.

20. Marsilius sic vertit lib. xiii. de animorum immortalitate cap. i v. si mentem ardenti ad opus pietatis intenderis, labile corpus seruabis.

21.7. Pulcherrima declaratio huius oraculi peti potest e Synesij libro de insomniis pag. 109. vbi sic inquit, αὶ παρὰ ἀξίαν καλέμεναι ξυμφοράν, μέχρι μέρος συμβούλου ταῦθες τὸ λόγου τὸ γέγραπτόν τοῦτο. &c. id est, Calamitates insolite maxime cōferunt ad tollendam propensionem qua in res caducas ferimur. & paulo post, ποταὶ γὰρ οὐλαῖαι πότε δὴ οἱ παρ' εἰμιδρούσιν κινοῦσθαι τοῦτον αἴσθησιν τοὺς τοὺς ιόντους αὐτῆς. καὶ πότον ἀρέσει αἱ καλέμεναι πεῖρας, αἱ Ηρεκλέα τοι εἰνατλῶναι φαῖται ιεροὶ λόγοι. hoc est, paucæ sive etiam præter fati necessitatē mouentur aduersus feroceſ & legum frena excutientes. atque hæ profecto ærumnæ sunt & celebres illi labores quos Herculem sustinuisse perhibent sacri sermones.

8. Marsil. lib. xiii. de anim. imm. cap. iv, ut supra indicaui,

10. Idem refert lib. xiv. cap. i. O homo naturæ audentissime artificium.

12. In vet. cod. regiæ bibliothecæ scribitur, Ἀράνος παῖς τοῦ λ. & linea pænult. κεραυνοῖς.

22. Hic est ordo versuum huius paginæ in codice regio. Primus est παῖς πονηρ., secundus πῶς ἔχει καὶ μοι, tertius λιώκα, quar-

tus λαμπόμενον, quintus κλδσι, sextus πάντη γρ, septimus σεντέρος,
octauus πατηρ & φοβον, nonnus έαυτον δι πατηρ cum proximo ρολον,
decimus ετι δε δη πη, vndecimus ει ζη πάντη, duodecimus μαθετη
νη πη, decimus tertius νοθηρας, decimus quartus βελαις: quin-
tus aut in istius paginæ ordine ομβολα, &c. plane omissus est.

5. Ráconet vir exq[ui]site doctrinæ & iudicij legit roq[ue] e[st]atice.

7. Marsilius lib. i. de anim. immortalitate cap. v i. Aliud
mens erit, aliud veritas. Quod sic aperit Zoroaster, scito intelligibi-
le ipsum esse extra mentem.

8. Idem lib. xiiii. cap. v. Est intelligibile aliquid quod intel-
ligere te oportet mentis flore. Florem mentis appellat Zoroaster ipsum
animæ centrum, quod Plato nominat mentis caput.

9. Idem lib. ii. cap. viii. Esse ipsum rebus omnibus est com-
mune. Esse igitur vbiunque sit, pendet ex Deo. Quod mystice tenui-
git zoroaster: Omnia sunt ex uno igne genita.

10. Ficinus lib. i v. cap. i. Essentia angelorum principio in-
formis est quodammodo, et tanquam paſtuum subiectum quoddam
exponitur ad actum intelligendi, et formarum idearumque ornatum
fusciplendu. de quo Zoroaster ait: Omnia perfecit pater, et menti
præbuit secundæ. Porro corrige εξετασο, & scribe εξετασο. ita
enim in hoc verbo syllabam producunt poetæ, non vocalis
brevis in longam mutatione.

11. Regium exemplar habet κανέτας πᾶς φύος αὐδησι, & ita
quoque correxerat Ranconetus. sed laborabit carmen, nisi
illi hac ratione subuenias, κανέτας απας φύος αὐδησι. Recepta le-
ctio tamen non est improbanda.

15. Marfil. Ficinus lib. i. de anim. immort. cap. v. Angeli
mouent, non mouentur, de quibus Zoroaster, Mundus habet intel-
lectuales rectores immobiles.

16. Idem lib. i v. cap. i. Angelus animam uno excedit, quod
manet: Deo cedit uno, quod multiplex est. Deus tamen per hoc unū
abit super omnia in infinitum. quod ita cecinit Zoroaster: Pater per
se ipsum rapuit, neque in mente quidem que illu sequitur, proprium
inclusit ignem. q. d. nullam habet cum ceteris comparationem.

19. Idem lib. iiii. cap. vlt. si animos pulsat, quia illi sursum
deorsumque libere volubiles sunt, pulsat, et libere, ita ut alliciat,
non trahat, non cogat, sed persuadeat. Quod Zoroaster ita testatur,
Pater

1. Vetus ex-
cello legit, &
vult dum, &

P. 16, 19. In
P. 19, 7. In
13. In codi-
cione scribas

V. vlt. It
supra pag. 11
P. 30, 5. pro
pro aliis,

P. 33, 7. sunt in Tili
qua tame
Etandream
aeriu[m] n[on] p[otest]
publicu[m] ciu[m]
Sic loquit
i[n]t[er]num q[ui] p[otest]
ratim inferi
n, diuinis A

P. 37, 15
22. Scrl
P. 42, 5.
i[de]a, code

10. Exer
B. h[ab]it u[er]a
P. 45, 15
(regium m[od]u
malitia sceler

16. In v
21. Scrl
P. 46, 1,

16. In v
21. Scrl
P. 46, 1,

Pater non incurrit metum, sed persuasionem inducit.

P. 25. Hæc inscriptio est e codice Sanctandreani scripto & Ranconeti custo. in regio ista erat: μαζικὰ λόγια τῷ Στὶ Ζερόστρῳ μάλιστα εἴχηντα τοῦ Γλαύκωνος.

8. Vetus exemplar utrumque, Regium & Sanctandr. in aoristo legit, τῷ Στὶ Ζερόστρῳ θεούσιοι, ἥπι ὅπλη θυμα χρέον ἐργασίειν αὐτῷ, Ε κοσμίσασι, &c. omisso illo καὶ ζωσιν τι.

P. 26, 19. In Regio cod. τῷ Αποτίθειν.

P. 29, 7. In Sanctandreani cod. ἀπαντε χωρεῖ.

13. In eodem scribitur λόγιον φρονήσεως θυμα. quid si φανήσῃ προφρονήσῃ scribas?

V. vlt. Iterum utrumque exemplar, ἡ ἡ τιμὴ χθῶν, &c. ut supra pag. 18.

P. 30, 5. Regius codex, οὐδεπολαύτῳ δὲ, & mox l. II. λύπης προ λύθης.

P. 33, 7. Verba ista ή πώλειαν τῷ πατὶ λέπουργοσι, omissa sunt in Tiletani editione: nunc vero e Regio codice inserta: quæ tamen ne sic quidem integra esse docuit exemplar Sanctandreani ita referens hoc membrum, ὡς αὐτὸν θυμ ή τιμὴ τῷ πατὶ λέπουργίᾳ λέπουργοσι, &c. id est, tanquam ipsa publicū eiusmodi ministerium θυμιεστον προσθλατικόν θυμα. Sic loquitur Synesius pag. 109. οὐδέ οὐδενοῦ μὲν λέπουργίᾳ θυμα ἐπλήνεται τῇ φύσι τῷ κόσμῳ, θεοῦ διδασκαλία δηλεπόρτων. i. Sed istud erat ministerium quoddam naturae mundi explere, huicque satisfacebat, diuinis Adraſtiae institutis ita imperantibus.

P. 37, 15. Vide Synesij librum de insomniis pag. 103.

22. Scribitur συγγένεια in Regio cod.

P. 42, 5. Sanctandreani codex habet, βλασphemata πολὰ καὶ εἰδιλλὰ, eodem sensu.

10. Exemplar Regium legit, ισθέχοντες τῷ λογικῷ, &c. &c. I.

13. Ἡπειροὶ πολασκοὶ δαιμονες.

P. 45, 13. Utrumque exemplar habet, ἥπι αὐτῷ Ε κακουργίας (regium πανεργίας) ὃν μάλιστα καθαρευόσῃ, id est, simplece & omnis malitia scelerisque pura.

16. In utroque scribitur καθ' ὅλον λάμπον τὸν κόσμον.

21. Scribe εὐαρεψει cum scripto codice Sanctandr.

P. 46, 1. Scribendum est ἐργασία, actus.

25. Vterque codex habet, ἦτοι ἀκινήτως, κίνησιν δὲ εἰτ. vt quoque exponitur pagina sequenti.

P. 49,5. Placet Regij codicis lectio ἀκινήτως, vt opponatur τοῦ δικτοῦ ιώς.

9. Sanctandreani exēplar fert κόρης pro ἐξεῖδ. Mox corrigē mēdum in ὁλογραφίᾳ, cum neutrum esse debeat subiuncta virgula, quam minus acutus oculus pro c attipuit.

19. Scribe ἐξηρητά. Mox desunt verba ista, καὶ ἀγαπῶντας παιῶν, in utroq; codice, forte e sequenti pagina huc trāslata.

21. Mallem diuisis vocibus & μέτ. legere.

P. 50,9. Mancus erat hic locus in Tiletani editione, quem scriptis libris in integrum restituimus.

12. Sanctandr. codex legit, ἀροματῆρις ἐφεσίν.

15. Post λογίαν sequitur in vet. edit. μίθρια ἢ καὶ τὸν Περσὶ καλεῖσθαι ἄλλ' ἡλία Τούπων, ἀροματῆρις τεττάσιον ἔαυτοις ἀφεσκένεια. Nos secuti sumus veterum codicum lectionem: quanquam ne sic quidem mendi suspicio absit.

26. Marthanus interpres πνευματιστοῖς, hoc est quingenis, redidit, quod supra veri fidem sit, si πνευματιστοῖς agnoscatur: ait que frequentes sibi vtraque lingua scriptores subscribere. Plutarchus tamen lib. de Iside & Osiride & Plinius lib. xxx. cap. i. tuetur vulgatā lectionem. at Marthano Suidas fauer.

IN PSELLI EXEGESIN.

P. 53,8. Hanc Pselli expositionem transtulit Gregoras Nicephorus in sua scholia quæ commentatus est super librum Synesij de insomniis, pag. 111. & 113. editionis Parisinæ.

17. Legendū est αὐτῷ π αὐτῷ, nēpe anima ratione præditæ.

P. 54,5. Deest μέτ., vt ex Nicephoro, & opposita dī particula apparet: τοῦ μέτ. ήμίσιον.

P. 61,19. Horum versuum sententia expressa extat in Sibyllinorum oraculorum lib. 111. pag. 232. nostræ editionis.

P. 62,2. Metrū requirit ήλιος. sed id in his magicis oraculis non admodum curiose obseruatur.

3. Marsilius Ficinus lib. 1 v. de animorum immortalitate cap. vlt. agnoscit hunc versum.

9. Citatur hic versus a Synesio in lib. de insomniis pag. 102. non nihil varians. Verba eius sunt: σήμα τοῦ μέτ. παρελθόντων

περιστάσεων

Σύγειαν τῆς αἰξίας, τῆς καὶ πλέον φαντασίας ζωής, πράξεως σκοπούς αὐτῆς οὐτε ἔνθετος, ὡς εἰδὲν θεῖμα θεοῦ γενώσκειν ἵστηται πράξεως σκοπούς της οὐτοῦ τοῦ λογίων ἀποκρύπτεις. Φησὶ δὲ,

Οὐ θεῖμον απλάγχινον τὸ πόμα, τοῦτον δέ τινα πάντα τοῦ φεύγειν αὐτὴν προσκελεύεται.

19. Imperatiuus est, ideo scribe πλυνθεγμόν.

P. 66, 7. Male locatum accentū moue in ultimam, λαθεῖ.

P. 70, 21. Refert hoc oraculum cum sua interpretatione Nicephorus in scholiis ad Synesium pag. 96. Vide quoque eruditam eius explicationem apud Origenem lib. v. contra Celsum.

P. 73, 2. Distinctio commodior erit, si hic perfectum punctum ponas, & linea sequente imperfectum.

6. Scriptum exemplar habet αὐτοῦ verbum. sed eodem recedit sensus.

P. 74, 1. Legitur cum expositionis parte in Nicephori scholiis ad Synesium pag. 96. edit. Græca, ubi ἐνθέντες scribitur.

4. Nicephorus legit, δι' ὅλης ἑτοῖς βητοφανειας χαρακτηρεσ καὶ σύμπατης φορει.

6. Suidas, ἐτι τὸ Θόργανίον πινγξ καλέμενον, ὁ θρειάτης οὐ αἱ φαρμακίδες σχέψιν αἱ κατεκλημέναι τοις αὐτοπαραμένοις.

P. 78, 16. Versus requirit παρθένον genere neutro, ut supra, quod vix alibi reperias.

P. 89, 7. Hanc oraculi expositionem verbotenus suo in Synesium commentario inseruit Nicephorus, pag. 114.

10. Legit idem ηται τα τοῦ δαιμόνον γένη. & statim, πράξεων προχειρειας καὶ σινετον συγκολανται.

P. 90, 8. Vide Nicephori scholia pag. 117.

P. 93, 20. Et hæc quoque transcripta sunt a Nicephoro pag. 126. dicti commentarij.

P. 97, 21. δι' οινορομάτων posset verti, in mundi gubernatione, ut ad deum referatur, non ad homines, iuxtra nostram interpretationem.

P. 101, 14. Retulit hæc Pselli verba in suum commentarium Nicephorus sub finem pag. 126.

P. 105, 18. Istam quoque fati descriptionem hinc decer-
pit idem Niceph. pag. 110.

P. 109, 5. Hoc præceptum magicum cum explicacione sua citatur in iisdem Nicephori ad Synesium scholiis pag. 96. vbi metri ratione seruata scribitur, *τύπα σώματα οἱ ἐρχόμενοι, &c. & statim μηνὸν πρότερον*. de quo lapide vide August. Steuchum lib. V 111. de perenni philosophia cap. XXVIII. de dæmonum autem diuisione secundum Chaldæos, Nicephorum in schol. pag. 117.

Pag. 110, 10. Scribe *αἰέκφεγσον*.

14. Retinui Græcam dictiōnēm *iunges* in versione, quod ea Lælius poeta apud Appuleium usus sit in his versibus:

Philitra omnia vndique eruunt.

Antipathes illud queritur,

Trochili, iunges, tænia,

Radiculæ, herbae, surculi, &c.

Nominis rationem & significationem vide apud Pindari & Theocriti scholia, Suidam item & Nicephorum ad hanc Synesij verba *αἴ γε τοῦτος αὐτός*, pag. 96.

15. Retinui lectionem codicis regij: quam tamen e superioribus emendare facile est.

19. Mendosa videtur scriptura *αἴ νοεῖται*. nec certi quid colligetur, nisi vel *αἴ νοέσσι*, vel *αἴ νοεῖ φυγή* nobiscum legas.

P. 114, 18. Scruius in illud Æneid. xii. — *et dij communibus aras*: Ut autem altioris scientiae hominibus placet, dij communes sunt qui *άλεων* dicuntur, id est qui certi certas no habent partes, sed generaliter a cunctis coluntur. ubique enim eos esse manifestum est, ut mater deum, cuius potestas in omnibus zonis est.

P. 117, 1. *Σειρά* idem videtur denotare quod Synesij *Οἰκοδομῶν*. cuius significationem vide apud Nicephorum pag. 114.

P. 118, 2. Scriendum est *περὶ οὐρανοῦ*. & hoc est e Platoni philosophia in Phædro, vbi Adrastra legem exponit. *λαζί* (inquit) *βαρυθύσισα οὐκούνη περὶ οὐρανοῦ τε καὶ διὰ τὴν γῆν πένητες*, & quæ sequuntur.

F I N I S.

Hs.

3013

Dr.

1800 or 1811



LAMILL

H

20

